

agere ut Matth. 4,3. an posset ex lapidibus panes facere, ho-
minem sine pane pascere. 2. Cum media desint, DE O-
tempus & modum agendi nosque conservandi præscriben-
do ut Jud. 8,6,7,8. 3. Patientiam ac benignitatem Dei
nostra impatientia & peccandi continuatione explorando,
an perpetuò in toleranda nostrâ malitia pergere & non po-
tius aliquando demum pertulit nostre malitiæ, nos gravis-
simè punire velit.

XXII.

Sic Israëlitæ in deserto Deum tentarunt, explorando,
an velit aut possit eis dare carnes, & alia quæ subinde con-
cupiverunt. Unde Moses in ingratissimæ perfidiæ Israëli-
tum, & suæ erga contumaces beneficentiaæ ac misericordiaæ
documentum vocat tentationis & contentionis locum v. 7.
Illi quod contra Deum; hujus quod contra Dei mini-
strum insurrexerant: hic calumnijs & jurgijs: illic oblivio-
ne & incredulitate, dicentes: Eſtne Deus inter nos? Vide
Flac. in 1. part. clav. in voce tentare Pelarg. in eom. super
Exod. p. 161. Marbach. in idem caput.

XXIII.

Videamus jam φλυαριας, quas illud (ſi Dijs placet)
singulare naturæ depositum, contra nostram sententiam
eructat, Ex his verbis in expl. 1. Cor. 10,9, p. 283, inquit, tum quod Deus
fit, tum quod reipsa ante nativitatem ex Maria extiterit probari solet.
Cum enim constet, ab Israëlitus in Deserto Deum esse tentatum, & hic
dicatur Christus ab illis fuisse tentatus, sequi videtur, Christum esse
Deum.

XXIV.

Resp. 1. non sequi videtur, sed firmissimè sequitur:
Nam realis tentatio requirit reale objectum. Non entis c-
nim nullæ sunt operationes, nullæ ενέργειας. Si au-
tem realiter extitit, concludimus 2. & hoc: ipsum aut De-
um, aut Angelum creatum, aut ψιλὸν ἄγθρωπον esse. Jam ve-
ro purus putus homo non est; alias sequeretur, Christum ut
homini-